UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De Execvtoribvs Vltimarvm Volvntatum duorum celeberrimorum iurisconsultorum

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

Executores quibus nominibus appellantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63406

Visual Library

ANALYSIS TRACTATVVM
de executoribus vltimarum voluntatum.

Executores quibus nominibus appellantur.

Executores *vltimarum voluntatum dicuntur.* I. Appellatio.
I. Executores teſtamentarij *Io. Iac. à Canib. part.*1.
num. 6. *Hanc tamen phraſin loquendi perperam receptam eſſe dicit. Oldend. tit.* 1 *num.* 4. *fol.* 81. 2. *Diuiſores d. part.*1. *num.*7. 3. *Diſtributores d. part.* 1. *num* 8. 4. *Diſpenſatores. num.*10. 5. *Miniſtri. nu.* 11 6. *Gardiatores. num.* 11. 7. *Commiſſarij. num.* 21. 8. *Publici conſeruatores vltimarum voluntatum. Oldend. num.*1. *fol.* 82. 9. *Fideicommiſſarij. Et quamuis Iac. à Canib. d. part.* 1. *num.*18. & 20 *executorem hoc nomine non rectè appellari exiſtimet, dicit tamen Old. tit.* 3. *nu.* 8. *fideicõmiſſarium hodie eſſe executorem particularem.*

II. Executor *eſt, cuius ope ac cõſilio vltima voluntas ad effectum perducitur. Iac. à Canib. part.* 1. *nu.* 5. II. Definitio.

III. RATIO & *vſus executorum eſt, vt vltimas voluntates vt iuſſa teſtatoris ad amuſsim exequantur. nu.*2. *fol.* 80. III. Ratio & vſus.

*Reipublicæ omnium gentium intereſt, quinimò natura cordibus hominum inſculpſit vltimas voluntates conſeruari. Iac. à Canib. part.*1. *nu.* 4. & *nu.* 3. *fol.* 82. *nu.* 13. *fol.* 85.

IIII. DIFFERENTIA. *Executores differũt.* 1. *A negotiorum* IIII. Differẽtia.

gotiorum geſtoribus Iacob. à Canib. part.1. nu.14.15. 2. A procuratoribus. d.part. 1. nu. 16. 3. A legatarijs ſeu fideicommiſſarijs d.part. 1.nu.17.18.

V. Species. *V.* SPECIES. *Executorum alij ſunt teſtamentarij alij legitimi.n.1. fol.82. His etiam annumerantur Datiui. per Iac. à Canib. part.1.nu.27. & 28.*

Teſtamētarij executores. Teſtamentarij *executores ſunt quos teſtatores ipſi deputarunt, ad exequendum voluntatis ſuæ poſtremam ordinationem.nu.1. fol. 86.*

Et dantur in teſtamento, in codicillis & donatione cauſa mortis.d.part 1. nu. 23. Hi vero rurſus ſunt vel vniuerſales vel particulares.nu.1.fol.86.

Vniuerſales executores qui: & qualiter fiant. nu.2.fol.86.

Particulares qui: cur conſtituantur: quibus de cauſis & modis ſcribantur à teſtatoribus: & quando dicātur meri executores. nu. 3.4.5.6.7.8.fol.86.87.

Teſtamentarius executor & tutor æquiparantur. Iac. à Canib. part.1.nu.52.

Legitimi executores. Legitimi *qui ſint & quare ita dicantur. Iacob. à Canib.part.1 nu.24. item nu.1.2.fol.82.*

Inter legittimos executores numerantur ſequentes. 1. Epiſcopus vel domicilij vel originis vel rei ſitæ. 2. Metropolitanus epiſcopo negligente vel exequi non valente. 3. Capitulum ſede vacante. 4. Delegatus ab Epiſcopo. 5. Eccleſia. 6. Iudex ſecularis. Iacob. à Canib. part.1.nu.24. & 25.

Si con-

Si concurrant tres epiſcopi Originis ſcil. domicilij & rei ſitæ, quis eorum potius ad munus executionis admittatur. diſtinguitur d. part. 1. nu. 26.

Legitimi tunc demū admittuntur, ſi executores à teſtatore nō ſunt deſignati, vel deſignati quidē, ydē verò aut negligentes & perfidi aut abſentes ſunt, vel exceſſerūt è viuis, aut aliâs reddūtur inhabiles, vt excōmunicati, aut in adminiſtratione malè verſantur, vel officio planè ſunt remoti. Hos & ſimiles caſus, quibus legitimus executor exequitur, enumerat. Io. Iacob à Canib. §. Quæro tertio. fol. 61 Hinc dicit Oldend. tit. 1. nu. 5. & 10. quod epiſcopus etiam in cauſis pijs non ſit immediatus executor, quandiu à teſtatore deputati ſuperſunt, qui officium ſuum faciunt.

Quid vero agendū, ſi iudex Eccleſiaſticus executores conſtituat, vel adiungat, alios quàm teſtator ipſe ordinauit, docet Oldend. tit. 2. nu. 14.

Datiui executores *qui ſint: cur ſic dicti: & in quorum præſentia conſtituendi. Iacob. à Canib. part. 1. nu. 27. 28.* Datiui executores.

Datiuo non eſt opus donec ſupereſt legitimus. nu. 5. fol. 62.

Qui executores dari poſſunt vel non.

VI. Perſonæ q̄ executoris munere fungi poſſunt.

Qui executionis munus ſuſcipere poſsint vel non